

- 10 Quod scribis te velle scire, qui sit rei publicae status, summa dissensio est, sed contentio dispar; nam, qui plus opibus, armis, potentia valent, perfecisse tamen mihi videntur stultitia et inconstantia adversariorum, ut etiam auctoritate iam plus valerent: itaque, perpaucis adversantibus, omnia, quae ne per populum quidem sine seditione se adsequi arbitrabantur, per senatum consecuti sunt; nam et stipendium Caesari decretum est et decem legati et, ne lege Sempronia succederetur, facile perfectum est. Quod ego eo ad te brevius scribo, quia me status hic rei publicae non delectat; scribo tamen, ut te admoneam, quod ipse, litteris omnibus a pueritia deditus, experiendo tamen magis quam discendo cognovi, tu id ut tuis rebus integris discas, neque salutis nostrae rationem habendam
- 11 nobis esse sine dignitate neque dignitatis sine salute. Quod mihi de filia et de Crassipede gratularis, agnosco humanitatem tuam speroque et opto nobis hanc coniunctionem voluptati fore. Lentulum nostrum, eximia spe summae virtutis adolescentem, cum ceteris artibus, quibus studuisti semper ipse, tum in primis imitatione tui fac erudias; nulla enim erit hac praestantior disciplina. Quem nos, et quia tūus et quia et dignus est filius et quia nos diligit semperque dilexit, in primis amamus carumque habemus.

siderares. — *crederes*, « dovessi fidarti » o anche semplicemente « fidarti ». Così poi *caveres*.

10. *contentio dispar*, « la lotta è impari ». — *qui plus... valent*, sono i triumviri. — *inconstantia*, « incoerenza ». — *adsequi*, « poter conseguire ». — *stipendium*, « fondo per il pagamento dell'esercito ». — *decem legati*, da otto che erano. Ciò era stato ottenuto da Cesare, con l'appoggio di Cicerone (oraz. *de provinciis consularibus*. v. Notizia). — *lege Sempronia*, legge di C. Sempronio Gracco (123 a. C.), per cui si stabiliva prima dell'elezione dei consoli, quali province dovevano esser loro assegnate al momento di uscir di carica (*provinciae consulares*). La divisione poi delle due province tra loro, dovevano farla mediante il sorteggio (*sortitio*) o l'accordo reciproco (*comparatio*). — *succederetur*, impersonale = « gli si nominasse il successore ». — *eo brevius... quia*, cfr. § 8, *eo liberius... quia*. — *delectat*, « piace ». — *ipse*, « io stesso ». — *experiendo*, « per pratica », *discendo*, « per insegnamenti teorici » o « con lo studio ». — *tuis rebus integris*, « senza tuo danno ».

11. *de filia etc.*, allude al secondo matrimonio della Tullia. Il fidanzamento è del 4 aprile. — *fore*, è necessario il futuro per *spero*, non per *opto*. — *Lentulum*, figlio di quello a cui è scritta la lettera. — *disciplina*, « scuola ». — *quem nos*, « ed io... lo... ».

X (V, 12).

Ser. Anti, ut videtur, m. Iunio a. 698-56.

M. Cicero S. D. L. Lucceto Q. F.

Coram me tecum eadem haec agere saepe conantem deterruit pudor quidam paene subrusticus, quae nunc expromam absens audacius; epistola enim non erubescit. Ardeo cupiditate incredibili neque, ut ego arbitror, reprehendenda, nomen ut nostrum scriptis inlustretur et celebretur tuis: quod etsi mihi saepe ostendisti te esse facturum, tamen ignoscas velim huic festinationi meae. Genus enim scriptorum tuorum etsi erat semper a me vehementer expectatum, tamen vicit opinionem meam, meque ita vel cepit vel incendit, ut cuperem quam celerrime res nostras monumentis commendari tuis: neque enim me solum commemoratio posteritatis ad spem quandam immortalitatis rapit, sed etiam illa cupiditas, ut vel auctoritate testimonii tui vel indicio benevolentiae vel suavitate ingenii vivi perfruamur. Neque tamen, haec cum scriberem, eram nescius, quantis oneribus premerere susceptarum rerum et iam institutarum; sed, quia videbam Italici belli et

Lettera X (V, 12). — *L. Lucceto*. Era un amico di Cicerone che nel 59 a. C. si era presentato candidato nelle elezioni consolari contro Bibulo, insieme con Cesare. Fu respinto. Si mise poi a scrivere una storia della guerra sociale, e nel 56, anno di questa lettera, l'aveva compiuta. Aveva pure compiuto il racconto della prima guerra civile (tra Mario e Silla). Si veda ora la preghiera che Cicerone gli rivolge.

1. *Coram*, avverbiale assoluto, contrapposto ad *absens*. — *me*, accusativo soggetto di *agere* (e oggetto di *deterruit*). — *conantem*, participio congiunto da risolvere in una proposizione principale: « Spesso ho tentato...; ma me ne trattenne (*deterruit*) ecc. ». — *nomen ut*, iperbato = *ut nomen*. — *festinationi*, « impazienza » o « premura ». — *Genus... scriptorum tuorum*, « la tua maniera di scriver (la storia) ». — *vel... vel*, « non so se io debba dire... o... ». — *res*, « atti », « gesta ». — *commemoratio posteritatis*, « il ricordo che di me avranno i posteri ». — *vivi*, « anche in vita ».

2. *Italici belli*, la guerra sociale si chiama anche così, oppure *bellum Marsicum* (nel territorio dei Marsi scoppiò prima). — *reliquas res ordiri*,

civilis historiam iam a te paene esse perfectam, dixeras autem mihi te reliquas res ordiri, desse mihi nolui, quin te admonerem, ut cogitares, coniunctene malles cum reliquis rebus nostra contexere an, ut multi Graeci fecerunt, Callisthenes Phoecem bellum, Timaeus Pyrrhi, Polybius Numantinum, qui omnes a perpetuis suis historiis ea, quae dixi, bella separaverunt, tu quoque item civilem coniurationem ab hostilibus externisque bellis seiungere. Equidem ad nostram laudem non multum video interesse, sed ad properationem meam quiddam interest non te exspectare, dum ad locum venias, ac statim causam illam totam et tempus arripere; et simul, si uno in argumento unaque in persona mens tua tota versabitur, cerno iam animo, quanto omnia uberiora atque ornatiores futura sint. Neque tamen ignoro, quam impudenter faciam, qui primum tibi tantum oneris imponam (potest enim

< pensavi di trattare gli altri avvenimenti >. Quali? — *desse* (= *desse*) *mihi nolui*, < non volli mancare >. È aggiunto *mihi*, perchè era nell'interesse di Cicerone che Luceo trattasse anche del suo consolato. — *quin*, < di >, con l'infinito; *te admonerem*, < ricordarti >. — *coniunctene*. L'avverbio *coniuncte* si contrappone a *seiungere*. Cfr. poi a *perpetuis historiis* (< storie continuate > o < generali >) e *separaverunt*. — *Callisthenes*, di Olinto in Macedonia, contemporaneo e seguace di Alessandro Magno, autore di una *Storia greca* in 10 libri e di altre opere minori fra cui una sulla *Guerra Sacra* (355-346 a. C.) tra Focesi e Tebani, Loeri, Tessali. — *Timaeus*, Siciliano di Taormina (*Tauromenium*), autore di una *Storia della Sicilia* fino alla prima guerra punica e di una *Storia della guerra di Pirro*. — *Polybius*, di Megalopoli (Arcadia), autore di una storia universale in 40 libri, e (secondo questo passo di Cicerone) di una storia della guerra di Numanzia. — *civilem coniurationem*, quella di Catilina. — *seiungere*, così perchè retto dal verbo *malles*. Poteva anche dire *contexere malles quam seiungere* (o, viceversa, *seiungere malles quam contexere*), perchè Cicerone desiderava appunto che Luceo trattasse del suo consolato separatamente, in una < monografia >. — *hostilibus*, solo i nemici esterni di Roma si chiamano propriamente *hostes*, e solo contro di essi si può combattere un *iustum bellum*. — *externisque*, il *que* è esplicativo = < ossia >. — *properationem*, cfr. sopra, *festinationi*. — *ad locum*, < a quel punto della narrazione > (in cui cominciano i fatti che mi riguardano). — *ac* = *sed*. Così anche *ac potius*. Perchè *ac* abbia questo senso avversativo è necessario, che la proposizione precedente sia negativa. — *causam*, < fatti >, *tempus*, < tempi >. — *persona*, < personaggio >, < carattere >, < tipo >; tutti significati che derivano da quello originario di < maschera (tragica) >. — *ornatiores*, < più bello > (traduci *omnia* col singolare). — *faciam, qui*, = *faciam, quod* (proposizione relativa con valore causale). Tutta la frase = < con quanta sfacciataggine io... imponga > o < quanta sia la mia sfacciataggine nell'imporla >.

mihi denegare occupatio tua), deinde etiam, ut ornes me, postulem. Quid? si illa tibi non tanto opere videntur ornanda. Sed tamen, qui semel verecundiae fines transierit, eum bene naviter oportet esse impudentem. Itaque te plane etiam atque etiam rogo, ut et ornes ea vehementius etiam, quam fortasse sentis, et in eo leges historiae negligas gratiamque illam, de qua suavissime quodam in prooemio scripsisti, a qua te flecti non magis potuisse demonstras quam Herculem Xenophontium illum a Voluptate, eam, si me tibi vehementius commendabit, ne aspernere amorique nostro plusculum etiam, quam concedet veritas, largiare. Quod si te adducemus, ut hoc suscipias, erit, ut mihi persuadeo, materies digna facultate et copia tua. A principio enim coniurationis usque ad reditum nostrum videtur mihi modicum quoddam corpus confici posse, in quo et illa poteris uti civilium commutationum scientia vel in explicandis causis rerum novarum vel in remediis incommodorum, cum et reprehendes ea, quae vituperanda duces, et, quae placebunt, exponendis

— *occupatio*, traduci col plurale. — *ornes me*, < tu metta in bella luce la mia persona >. — *Quid, si...* < e se poi...? >

3. *bene*, indica gradazione. Così anche noi: < ben presto > = < molto presto >. — *quam... sentis*, < di quel che... pensi >. È una curiosa richiesta! Quanto al modo del verbo, nel discorso indiretto (dipendente da *rogo ut*) le proposizioni incidentali come questa hanno di regola il congiuntivo (ma confronta il periodo del § 4 della lettera precedente). Così si dica per i seguenti *commendabit, concedet*. — *leges*, relative alla imparzialità. Cfr. *De oratore* II, 15, 62: *quis nescit primam esse historiae legem, ne quid falsi dicere audeat? deinde ne quid veri non audeat? ne qua suspicio gratiae sit in scribendo? ne qua simultatis?* — *quam Herculem etc.* Allude alla nota favola di *Ercole al bivio*, SENOFONTE, *Memor.* II, 1, 21; *Cic.*, *De officiis*, I, 32, 118, tradotta dal nostro Leopardi. — *eam*, ripiglia *gratiam illam* (è oggetto di *aspernere*).

4. *corpus*, < complesso di fatti >; traduci *modicum* con < discreto >. — *et illa*. A questo primo *et* manca un corrispondente in questo stesso periodo, poichè nessuno degli *et* che seguono risponde a questo. Il correlativo di questo *et* è *etiam* dopo *multam* in principio del periodo seguente. Puoi rendere questo andamento irregolare così: < da un lato... E poi... anche ecc. >. — *scientia*, < conoscenza >, *civilium*, < politiche >. — *vel... vel*, < sia... sia >. — *rerum novarum*, < delle agitazioni >. — *duces* < stimerai >. — *exponendis*,

rationibus comprobabis, et, si liberius, ut consuesti, agendum putabis, multorum in nos perfidiam, insidias, proditorem notabis. Multam etiam casus nostri varietatem tibi in scribendo suppeditabunt plenam cuiusdam voluptatis, quae vehementer animos hominum in legendo scriptore tenere possit. Nihil est enim aptius ad delectationem lectoris quam temporum varietates fortunaequae vicissitudines: quae etsi nobis optabiles in experiendo non fuerunt, in legendo tamen erunt iucundae; habet enim praeteriti doloris secreta recordatio delectationem; ceteris vero nulla perfunctis propria molestia, casus autem alienos sine ullo dolore intuentibus etiam ipsa misericordia est iucunda. Quem enim nostrum ille moriens apud Mantineam Epaminondas non cum quadam miseratione delectat? qui tum denique sibi evelli iubet spiculum, posteaquam ei percontanti dictum est clipeum esse salvum, ut etiam in vulneris dolore aequo animo cum laude moreretur. Cuius studium in legendo non erectum Themistocli fuga exituque retinetur? Etenim ordo ipse annalium mediocriter nos retinet quasi enumeratione fastorum: at viri saepe excellentis anci-

< con l'esperre ». — *liberius*, « con certa franchezza ». — *notabis*, « bollerai » (intendi: col marchio d'infamia, *nota*). — *scriptore*, anche noi diciamo « nel leggere lo scrittore » per significare: « nel leggere un tale scrittore », cioè: quale sei tu. — *optabiles*, « piacevoli ». — *in experiendo*, « a provarle », « a subirle ». — *habet*, « ha in sè » o « reca », « cagiona ». — *secura*, « senza il timore che si rinnovi » (intendi: il dolore).

5. *nulla*, ablativo concordante con *propria molestia*. — *perfunctis*, risolti con una proposizione relativa. Così *intuentibus*. — *etiam ipsa*, « persino la... ». — *ille moriens etc.*, « il glorioso Epaminonda morente ecc. ». Puoi dire anche: « la gloriosa morte di Ep. » La battaglia di Mantinea fu combattuta tra Tebani (capitanati da Epaminonda) e Spartani, nell'anno 362 a. C. (guerra del Peloponneso). — *qui*, è questa la moenza solita del periodo, dopo una interrogativa simile a quella precedente. Traduci o alla lettera (ché si può) o come se dicesse: *is*. — *tum denique*, « soltanto allora ». — *spiculum*, col quale era stato ferito. — *ei percontanti* (participio congiunto) = *cum esset percontatus*. — *aequo animo*, è propriamente ablativo assoluto da riferirsi a *in... dolore*. Puoi dire: « tranquillamente » o « rassegnato ». — *cuius*, « chi è che (non si sente tenere) ». — *studium*, « attenzione », *erectum*, « desta ». — *Etenim*, « e veramente ». Intendi: « Non mi si dica che una storia continuata, in ordine cronologico (*annales*), ci diletta nello stesso modo; perchè veramente di per sè (*ipse*) ecc. ». — *fastorum*, propriamente « dei giorni fasti », cioè quelli in cui il pretore poteva pronunziare le sentenze (*feri*); poi la parola *fasti* passò a significare tutto il calendario (né più né meno

pites variique casus habent admirationem expectationem, laetitiam molestiam, spem timorem; si vero exitu notabili concluduntur, expletur animus iucundissima lectionis voluptate. Quo mihi acciderit optatius, si in hac sententia fueris, ut a 6 continentibus tuis scriptis, in quibus perpetuam rerum gestarum historiam complecteris, secernas hanc quasi fabulam rerum eventorumque nostrorum; habet enim varios actus mutationesque et consiliorum et temporum. Ac non vereor, ne adsentatiuncula quadam aucupari tuam gratiam videar, cum hoc demonstrarem, me a te potissimum ornari celebrarique velle. Neque enim tu is es, qui, quid sis, nescias et qui non eos magis, qui te non admirentur, invidos quam eos, qui laudent, adsentatores arbitrere; neque autem ego sum ita demens, ut me sempiternae gloriae per eum commendari velim, qui non ipse quoque in me commendando propriam ingenii gloriam consequatur. Neque enim Alexander ille gratiae causa 7 ab Apelle potissimum pingi et a Lysippo fingi volebat, sed quod illorum artem cum ipsis, tum etiam sibi gloriae fore putabat. Atque illi artifices corporis simulacra ignotis nota

di « calendario », che significherebbe soltanto « la serie delle calende »; poi ancora « le liste dei magistrati » con l'indicazione degli anni della loro carica quindi vi furono i *fasti consulares etc.* Ordinariamente a queste liste si aggiungevano brevi e staccate notizie storiche. — *habent*, cfr. sopra § 4, *habet delectationem*. — *exitu*, « fine ».

6. *Quo = et eo*, « e tanto », *optatius*, « più gradito ». — *si etc.*, questa proposizione ipotetica fa da soggetto di *acciderit*. — *ut*, esplicativo di *in hac sententia*. — *continentibus = perpetuis* (§ 2), *perpetuam* « continuata ». — *quasi fabulam*. *Fabula* è parola teatrale, che significa « dramma » (tragedia o commedia). Come noi usiamo « teatro della guerra », « il dramma della rivoluzione francese », « la tragedia di Abba-Carima » etc., così i latini usavano *fabula*, per indicare avvenimenti politici, processi, etc. — *adsentatiuncula*, « adulazionecella ». — *is es, qui... nescias*, cfr. I, 3, *res eas quarum gratulationem exspectavi*. — *quid sis*, cfr. *ad Att.* XII, 11, 1, *ipsi enim quid sumus?* — *ipse quoque*, « anche lui ». — *propriam ingenii = sui ingenii propriam*, cioè « dovuta al suo ingegno ».

7. *ille*, cfr. sopra, § 5, *ille moriens etc.* — *Apelle*. (*Apelles*), fu grande pittore greco, contemporaneo di Alessandro Magno. — *Lysippo*, grande scultore greco, di Sicione (golfo di Corinto) della stessa età. — *pingi... fingi*, allitterazione e assonanza (anzi addirittura rima). *Fingere* propriamente = « modellare », qui « scolpire ». Ma dirai proprio che Alessandro « voleva essere dipinto » o « scolpito »? — *corporis simulacra*, « fattezze ». — *ignotis = ignaris*

faciebant, quae vel si nulla sint, nihilo sint tamen obscuriores clari viri; nec minus est Spartiatus Agesilaus ille perhibendus, qui neque pictam neque fictam imaginem suam passus est esse, quam qui in eo genere laborarunt; unus enim Xenophontis libellus in eo rege laudando facile omnes imagines omnium statuasque superavit. Atque hoc praestantius mihi fuerit et ad laetitiam animi et ad memoriae dignitatem, si in tua scripta pervenero, quam si in ceterorum, quod non ingenium mihi solum suppeditatum fuerit tuum, sicut Timoleonti a Timaeo aut ab Herodoto Themistocli, sed etiam auctoritas clarissimi et spectatissimi viri et in rei publicae maximis gravissimisque causis cogniti atque in primis probati, ut mihi non solum praeconium, quod, cum in Sigeum venisset, Alexander ab Homero Achilli tributum esse dixit, sed etiam grave testimonium impertitum clari hominis magnique videatur: placet enim Hector ille mihi Naevianus, qui non tan-

(dativo), come talvolta, al contrario, *ignarus* = *ignotus*. Così pure *notus* talvolta significa « uno che conosce ». — *quae vel si*, « ma se anche esse ». — *nihilo... tamen*, « non per questo ». *Sint* è potenziale: « sarebbero » o « saranno ». — *Agesilaus ille* (cfr. sopra). Fu re di Sparta, e comandò una famosa spedizione contro la Persia. — *pictam... fictam*, cfr. sopra *pingi... fingi*. Il senso di tutto questo passo, da *Atque ille artifices* in poi, è: « Quelli artisti facevano conoscere a chi non le conosceva già le fattezze degli uomini illustri. Ma se anche esse fossero rimaste ignorate, la gloria di quelli uomini sarebbe sempre la stessa. Così, per esempio, Agesilao etc. » — *in eo genere*, « di tali cose », cioè di farsi fare il ritratto. — *laborarunt*, « si occuparono (di) ». — *Xenophontis*, Senofonte (IV secolo a. C.), autore di varie opere storiche, filosofiche e politiche, fra cui « l'Agesilao ». — *praestantius*, « meglio ». — *fuerit... pervenero*, due futuri anteriori, perchè, delle due azioni future, la seconda (*pervenero*) è realmente *anteriore* alla prima (*fuerit*), ma questa segue immediatamente a quella come conseguenza. Cfr. *ad fam.* X, 19, 2 (in fine), *Qui enim Antonium oppresserit, is hoc bellum taeterrimum periculosissimumque confecerit*. — *non ingenium mihi solum*, Luceio era anche uomo di stato e i suoi giudizi politici dovevano perciò essere molto autorevoli. — *Timoleonti*, Timoleonte (*Timoleon*) di Corinto, nel 343 a. C. liberò Siracusa dalla tirannide. Ne parlò Timeo nella sua *Storia della Sicilia*. — *Herodoto*, di Alicarnasso (sec. V a. C.), autore della Storia delle guerre Persiane (titolo; *Storie*, in 9 libri, detti le *nove Muse*). In realtà Erodoto non esaltò Temistocle; tutt'altro! Certo però, da quelle *Storie*, gloria a Temistocle ne venne assai. — *cogniti*, cfr. sopra *ignotis*. — *Sigeum*, promontorio della Troade (vicino a Troia). Citano, qui, i commentatori Cic., *pro Archia*, X, 24: (*Alexander*), *cum in Sigeo ad Achillis tumulum adstitisset*. « O fortunata », inquit, « adulescens, qui tuae virtutis Homerum praeconem inveneris! » — *Hector... Nae-*

tum "laudari" se laetatur, sed addit etiam "a laudato viro". Quod si a te non impetraro, hoc est, si quae te res impe- 8
dierit (neque enim fas esse arbitror quidquam me rogantem abs te non impetrare), cogar fortasse facere, quod nonnulli saepe reprehendunt: scribam ipse de me, multorum tamen exemplo et clarorum virorum. Sed, quod te non fugit, haec sunt in hoc genere vitia: et verecundius ipsi de sese scribant necesse est, si quid est laudandum, et praetereant, si quid reprehendendum est; accedit etiam, ut minor sit fides, minor auctoritas, multi denique reprehendant et dicant verecundiores esse praecones ludorum gymnicorum, qui cum ceteris coronas imposuerint victoribus eorumque nomina magna voce pronuntiarint, cum ipsi ante ludorum missionem corona donentur, alium praeconem adhibeant, ne sua voce se ipsi victores esse praedicent. Haec nos vitare cupimus et, si 9
recipis causam nostram, vitabimus, idque ut facias, rogamus. Ac, ne forte mirere, cur, cum mihi saepe ostenderis te accuratissime nostrorum temporum consilia atque eventus literis mandaturum, a te id nunc tanto opere et tam multis verbis petamus, illa nos cupiditas incendit, de qua initio scripsi,

vianus, cfr. *ad fam.* XV, 6, 1, *Hector, opinor, apud Naevium*. Si tratta della tragedia *Hector proficiscens* (vedi la scena del libro VI della *Iliade*, l'« addio di Ettore ») scritta da Cn. Nevio, poeta latino, nato nella Campania (sec. III a. C.), contemporaneo di Plauto, soldato nella prima guerra Punica, morto in esilio a Utica, per avere assalito gli aristocratici in alcuni suoi versi. Le parole di Ettore, in Nevio, sono: *Laetus sum laudari me abs te, pater, a laudato viro*.

8. *fas*, propriamente « ciò che è lecito per legge divina », ma qui = « possibile ». Se si suppone che dica: *nefas enim esse arbitror*, si potrebbe tradurre: « poichè mi parrebbe enorme ». — *multorum*, per es. di Cesare e di Silla. Del resto cfr. la Notizia I. La cronologia delle opere di Cic. sul suo consolato è: 60 a. C. *commentarius consulatus sui graece compositus* e poscia *de consulatu* in tre libri. Dopo il 54 a. C. finì l'epopea *De temporibus meis*. Il primo lavoro, in latino, non si sa se nel 56 fosse compiuto. — *praecones*, gli araldi, dopo aver gridato i nomi dei vincitori, facevano tra loro una gara. — *ludorum missionem*, « fine dei giuochi ». *Mittere ludos* = « finire i giuochi », ossia, propriamente, *dimittere populum qui ludos spectavit*. Cioè?

9. *ne forte mirere... incendit*, la proposizione finale è incidentale; sottintendi, davanti a *incendit*, « ti dirò che » (anche in italiano si omette). — *cupiditas festinationis*, « desiderio impaziente » (cfr. 1, *festinationi meae*).

festinationis, quod alacres animo sumus, ut et ceteri, viventibus nobis, ex libris tuis nos cognoscant et nosmet ipsi vivi gloria nostra perfruamur. His de rebus quid acturus sis, si tibi non est molestum, rescribas mihi velim: si enim suscipis causam, conficiam commentarios rerum omnium, sin autem differs me in tempus aliud, coram tecum loquar. Tu interea non cessabis et ea, quae habes instituta, perpolies nosque diliges.

XI (XIII, 6 A).

Scr. Romae med. a. 698-56.

M. Cicero Q. Valerio Q. F. Orcae Procos.

P. Cornelius, qui tibi litteras has dedit, est mihi a P. Cuspio commendatus, cuius causa quanto opere cuperem deberemque, profecto ex me facile cognosti. Vehementer te rogo, ut cures, ut ex hac commendatione mihi Cuspius quam maximas quam primum quam saepissime gratias agat. Vale.

XII (VII, 1).

Scr. Romae m. Oct. a. 699-55.

M. Cicero S. D. M. Mario.

1 Si te dolor aliqui corporis aut infirmitas valetudinis tuae tenuit, quo minus ad ludos venires, fortunae magis tribuo

— *alacres animo*, « un'anima ardente » (*sumus* = « io ho » o anche « io sono »). — *causam*, « la cosa ». In latino però l'immagine è tolta al linguaggio forense « assumere la difesa di una causa ». — *commentarios*, « gli appunti » o « la raccolta del materiale » (intendi: « anche dell'esilio »), per mandarla a Lucio. — *cessabis*, « starai in ozio ». Futuro, nel linguaggio familiare, eguale all'imperativo. — *instituta*, « cominciato » (*ea quae habes* = « quello che ci hai di... »).

Lettera XI (XIII, 6, a). — *Valerio etc.* Q. Valerio Orca fu proconsole in Africa nel 698-56. La presente è una semplicissima letterina (o biglietto) di raccomandazione. — *dedit*, tempo dello stile epistolare. — *cuius etc., cupere alicuius causa* = *velle alicuius causa* (cfr. VI, 1).

Lettera XII (VII, 1). — *M. Mario*. Era un possidente di campagna, probabilmente M. Mario Gratidiano, uomo colto e d'ingegno, ma di mal ferma

quam sapientiae tuae; sin haec, quae ceteri mirantur, contemnenda duxisti et, cum per valetudinem posses, venire tamen noluisti, utrumque laetor, et sine dolore corporis te fuisse et animo valuisse, cum ea, quae sine causa mirantur alii, neglexeris, modo ut tibi constiterit fructus otii tui; quo quidem tibi perfrui mirifice licuit, cum esses in ista amoenitate paene solus relictus. Neque tamen dubito, quin tu in illo cubiculo tuo, ex quo tibi Stabianum perforasti et patefecisti sinum, per eos dies matutina tempora lectiunculis consumpseris, cum illi interea, qui te istic reliquerunt, spectarent communis mimos semisomni. Reliquas vero partis diei tu consumebas iis delectationibus, quas tibi ipse ad arbitrium tuum compararas; nobis autem erant ea perpetianda, quae Sp. Maecius probavisset. Omnino, si quaeris, ludi apparatusissimi, ² sed non tui stomachi; coniecturam enim facio de meo. Nam primum honoris causa in scaenam redierant ii, quos ego ho-

salute e di debole carattere. Viveva nei suoi fondi a Pompei o lì vicino. Cicerone, nell'anno precedente a questo (cioè nel 56 a. C.), aveva avuto dei disinganni nella vita politica (vedi il conflitto tra Lentulo e Pompeo di cui nella lettera IX e nella Notizia II). Ora, nel 55, si era dato agli studi; scrisse i tre libri del *De Oratore*, e nel 54 poi cominciò il *De republica*. La lettera tratta dei giuochi per l'inaugurazione del teatro di Pompeo, durante il secondo consolato di questo. — *aliqui*, è la forma aggettivale di *aliquis*. — *corporis*, « fisico ». Mario soffriva di podagra. — *tenuit* = *retinuit* ossia *impedivit* (perciò *quo minus*). — *ludos*, cioè i *ludi scaenici* e i *circenses*. — *duxisti*, « erdesti ». — *cum*, concessivo = « se anche ». — *utrumque*, oggetto di *laetor* (verbo di sentimento, costruito come *doleo aliquid, fleo, lugeo, miror, rideo etc.*). Traduci: « dell'una e dell'altra cosa ». — *animo valuisse*, perchè la *sapientia* si può dire « buona salute » rispetto allo spirito. — *modo ut*, « purchè ». Basterebbe *modo* (o *dummodo*, o *dum*); ma si aggiunge *ut* per aggiungere al concetto di condizione quello di desiderio. — *constiterit* (da *consto*), « rimanesse intero ». — *fructus*, « il godimento ». Tutto insieme: « purchè ti rimanesse (o « ti si conservasse ») la tua quiete ». — *ex quo*, « dalla quale » (riferito a « camera » = *cubiculum*, da *cubo, as*). — *perforasti*. Mario aveva aperta una breccia in un muro de' suoi fondi presso Stabia, per godere la vista del golfo di Napoli. — *lectiunculis*, « con letture amene ». — *semisomni*, noi diciamo: « tra 'l sonno ». — *quae Sp. Maecius*. Spurio Mecio Tarpa era, si direbbe oggi, un critico d'arte. Nei ludi scenici si rappresentarono tragedie, Atellane (v. § 3), mimi (scene o bozzetti comici tratti dalla vita quotidiana).

2. *apparatusissimi*, « con gran pompa ». — *tui stomachi*, « di tuo gusto ». Ordinariamente *stomachus*, in senso metaforico, significa « ira » o « dispetto ». E in senso proprio? — *de meo*, « dal mio ». — *honoris causa*, « per fare onore », cioè a Pompeo. La seconda volta però la stessa locuzione significa

noris causa de scaena decessisse arbitrabar: deliciae vero tuae, noster Aesopus, eiusmodi fuit, ut ei desinere per omnes homines liceret. Is iurare cum coepisset, vox eum defecit in illo loco: "si sciens fallo". Quid tibi ego alia narrem? nosti enim reliquos ludos, qui ne id quidem leporis habuerunt, quod solent mediocres ludi: apparatus enim spectatio tollebat omnem hilaritatem, quo quidem apparatu non dubito quin animo aequissimo carueris. Quid enim delectationis habent sescenti muli in "Clytaemestra" aut in "Equo Troiano" creterrarum tria milia aut armatura varia peditatus et equitatus in aliqua pugna? quae popularem admirationem habuerunt, 3 delectationem tibi nullam attulissent. Quod si tu per eos dies operam dedisti Protogeni tuo, dum modo is tibi quidvis potius quam orationes meas legerit, ne tu haud paulo plus quam quisquam nostrum delectationis habuisti: non enim te puto Graecos aut Oscos ludos desiderasse, praesertim cum Oscos vel in senatu vestro spectare possis, Graecos ita non ames, ut ne ad villam quidem tuam via Graeca ire soleas. Nam quid

< per godere di un onorato riposo >. — *Aesopus*, celebre attore tragico. Questa fu l'ultima volta che si presentò sulla scena. — *desinere*, perchè tutto il pubblico gridò: *desine* = < basta >. — *in illo loco*, < in quel punto >. — *si sciens etc.* La formula intera di questo giuramento *per Iovem Lapidem*, era: *Si sciens fallo, tum me Dispiter (= Diespiter, Iuppiter) salva urbe arceque bonis eiciat, uti ego hunc lapidem* (intendi *eicio*). E chi giurava lanciava una pietra. — *mediocres*, « ordinari » o « soliti ». — *spectatio*, < lo stupore >; tradurrà dunque il genitivo *apparatus* con < per l'apparato scenico > (cfr. I, 3, *quarum*). — *hilaritatem*, non è proprio l'ilarità ma il < divertimento >. — *quid... habent etc.* (*habeo* = < reco > cfr. X, 4) = < che gusto c'è a vedere > (e *muli* diventa oggetto). — *Clytaemestra*, tragedia di Accio (sec. III a. C.). I muli portavano la preda della guerra di Troia. — *Equo Troiano*, tragedia di Livio Andronico (il più antico poeta latino del sec. III a. C.). — *creterrarum*. *Creterra* è parola derivata da *crater* (greco *κράτης*) che è un < vaso grande da vino >.

3. *Protogeni*. *Protogenes*, lettore di Mario. *Operam dare lectori* significa < farsi leggere > qualche cosa, ossia < studiare >. — *ne tu*, < certamente, tu... >. Questa particella affermativa *ne* (che alcuni scrivevano *nae*) non va confusa colla congiunzione negativa finale. — *Non enim*, meno solito di *neque enim*. — *Oscos ludos*, sono le Atellane, così chiamate appunto da *Atella*, città osca della Campania. Erano una specie di farse improvvisate, con maschere fisse come il nostro Arlecchino, Pulcinella e simili. I *Graeci ludi* poi erano specialmente le tragedie. — *in senatu*, cioè nel consiglio dei *decuriones* (come chi dicesse < consiglio comunale >). Si tratta del senato d'Arpino. — *viā Graecā*,

ego te athletas putem desiderare, qui gladiatores contempseris? in quibus ipse Pompeius confitetur se et operam et oleum perdidisse. Reliquae sunt venationes binae per dies quinque, magnificae, nemo negat; sed quae potest homini esse polito delectatio, cum aut homo imbecillus a valentissima bestia laniatur aut praeclara bestia venabulo transverberatur? Quae tamen, si videnda sunt, saepe vidisti, neque nos, qui haec spectavimus, quidquam novi vidimus. Extremus elephantorum dies fuit: in quo admiratio magna vulgi atque turbae, delectatio nulla exstitit; quin etiam misericordia quaedam consecuta est atque opinio eiusmodi, esse quandam illi beluae cum genere humano societatem. His ego tamen diebus, ne forte videar tibi non modo beatus, sed liber omnino fuisse, dirupi me paene in iudicio Galli Canini, familiaris tui. Quodsi tam facilem populum haberem, quam Aesopus habuit, libenter mehercule artem deponerem tecumque et cum similibus nostri viverem. Nam me cum antea taedebat, cum et aetas et ambitio me hortabatur et licebat denique, quem nolebam,

pare che fosse una via che Mario evitava; ma non sappiamo perchè. — *contempseris*, nel discorso diretto sarebbe *contempsisti*, perfetto gnomico = < hai sempre disprezzato >. Qui abbiamo il congiuntivo perchè *qui* = *cum tu*. — *et operam et oleum etc.*, frase proverbiale corrispondente a < perdere il ranno e il sapone >. — *venationes*. Oltre ai *ludi scaenici*, alle prove degli atleti, c'erano anche le *venationes*, cioè cacce alle fiere (leoni, tigri, pantere, elefanti, ecc.). Il numero di queste fiere era grandissimo (spesso esagerato nelle relazioni tradizionali). Contro queste fiere combattevano nell'arena certi speciali gladiatori detti *bestiarii*; talvolta anche persone condannate *ad bestias* (ricorda le scene delle persecuzioni contro i cristiani, dei tempi imperiali). — *polito*, < colto e ben educato >. — *praeclara*, dai contrapposti si rileva che ha significato materiale. Ma puoi dire: < una bella belva >. — *vulgi atque turbae*, < del popolino >. — *exstitit*, < ne potè venire >. — *illi beluae etc.* PLINIO, *H. N.* VIII, 7: *Amissa fugae spe, misericordiam vulgi quaerentes, supplicavere* (intendi: gli elefanti), *quadam sese lamentatione complorantes, tanto populi dolore, ut oblitus imperatoris, ac magnificentiae honori suo exquisitae, flens universus consurgeret*. Si credeva quindi l'elefante affine in qualche modo all'uomo (*esse societatem*), perchè, secondo Aristotile, si prova compassione soltanto verso i < nostri simili >.

4. *liber*, intendi: da ogni occupazione politica. — *dirupi me paene*, < quasi scoppiai > (intendi: per il gridare che feci). — *Galli Canini*, L. Caninio Gallo, tribuno della plebe nel 56 a. C. (cfr. *tempore Caniniano*...). — *facilem*, < compiacente >. — *aetas*, < gioventù >. È una *vox media* (cfr. IV, 5 *fortuna*). — *quem nolebam*. Cicerone difese L. Caninio Gallo contro sua voglia, per

non defendere, tum vero hoc tempore vita nullast. Neque enim fructum ullum laboris exspecto et cogor non numquam homines non optime de me meritos rogatu eorum, qui bene meriti sunt, defendere. Itaque quaero causas omnes aliquando vivendi arbitrato meo teque et istam rationem otii tui et laudo vehementer et probo, quodque nos minus interviseis, hoc fero animo aequiore, quod, si Romae esses, tamen neque nos lepore tuo neque te, si qui est in me, meo frui liceret propter molestissimas occupationes meas. Quibus si me relaxaro (nam, ut plane exsolvam, non postulo), te ipsum, qui multos annos nihil aliud commentaris, docebo profecto, quid sit humaniter vivere. Tu modo istam imbecillitatem valeditudinis tuae sustenta et tuere, ut facis, ut nostras villas obire et mecum simul lecticula concursare possis. Haec ad te pluribus verbis scripsi, quam soleo, non otii abundantia, sed amoris erga te, quod me quadam epistula subinvitaras, si memoria tenes, ut ad te aliquid eiusmodi scriberem, quo minus te praetermisisses ludos paeniteret. Quod si adsecutus sum, gaudeo; sin minus, hoc me tamen consolor, quod posthac ad ludos venies nosque vises neque in epistulis relinques meis spem aliquam delectationis tuae.

volontà di Pompeo. — *fructum*, « gratitudine » o « ricompensa ». — *cogor etc.*, cioè a difendere Vatino e Gabinio, che erano due nemici di Cicerone. Per Gabinio v. Notizia I. P. Vatino fu tribuno nel 58 e propose che Cesare avesse il governo della Gallia Cisalpina (e il Senato aggiunse la Transalpina); nel 56 fu testimone d'accusa contro Sestio (v. Notizia II), e Cicerone lo assalì con la sua *Interrogatio in Vatinium* (una delle orazioni conservate). Ora nel 54 fu accusato da Licinio Macro e difeso da Cicerone per intercessione di Cesare. Anche Gabinio fu difeso da lui in quest'anno, in un processo per concussione (riguardo al suo proconsolato in Siria).

5. *aliquando vivendi*, « di vivere una buona volta ». — *exsolvam*, « liberarmene » (*plane* = « del tutto »). — *multos annos*, « da molti anni ». — *humaniter*, « veramente da uomini ».

6. *otii abundantia*, « perchè avessi poco da fare ». — *amoris*, intendi: *abundantia*. Dirai: « per il molto amore ». — *subinvitaras*, cfr. l'aggettivo *subrusticus* (X, 1); « mi avevi in certo modo invitato ». — *adsecutus sum*, traduci assolutamente « son riuscito »; ma propriamente il *quod* iniziale non è congiunzione, bensì pronome (oggetto di *adsecutus*). — *relinques*, puoi dire: « aspetterai (dalle mie lettere) ».

XIII (VII, 5).

Scr. Romae mense Apr. a. 700-54.

Cicero Caesari imp. S. D.

Vide, quam mihi persuaserim te me esse alterum non modo in iis rebus, quae ad me ipsum, sed etiam in iis, quae ad meos pertinent. C. Trebatium cogitaram, quocumque exirem, mecum ducere, ut eum meis omnibus studiis, beneficiis quam ornatissimum domum reducerem; sed, posteaquam et Pompei commoratio diuturnior erat, quam putaram, et mea quaedam tibi non ignota dubitatio aut impedire profectionem meam videbatur aut certe tardare (vide, quid mihi sumpserim), coepi velle ea Trebatium exspectare a te, quae sperasset a me, neque mehercule minus ei prolixè de tua voluntate promisi, quam

Lettera XIII (VII, 5). — *Caesari*. Cesare era in Gallia e aveva già ricevuto il titolo di *Imperator*. Dopo il consolato di Pompeo e Crasso (55 a. C.), Cesare cercò di guadagnare Cicerone alla sua causa. Quinto fu nominato legato nella Gallia, e a Marco stesso Cesare offrì una legazione, che egli per altro non accettò. In ogni modo le relazioni tra lui e Cesare furono buone; tanto più ch'egli poté essere Censore, poi Augure. In questa lettera raccomanda C. Trebazio, dotto giureconsulto, uomo pieno di spirito e anche perciò caro a Cicerone, che gli dedicò un suo libro retorico, la *Topica*. Trebazio andò al campo di Cesare nella *cohors amicorum* (o *contubernaes* o *comites praetoris*), cioè in quel gruppo di giovani di buona famiglia che cominciavano così la loro carriera militare e, in certo modo, onoravano con la loro presenza il comandante. Ma a Trebazio non piaceva la vita militare, e non volle, per esempio, seguir Cesare in Britannia (v. lett. XIV, 2).

1. *me esse alterum*, « essere un altro me », « che tu sei un altro me stesso ». — *quocumque exirem*, anche Pompeo aveva proposto a Cicerone di accompagnarlo in Spagna, ma non si era mai risoluto a partire dall'Italia (cfr. sotto *posteaquam et Pompei commoratio etc.*). — *studiis*, « cure ». — *quam ornatissimum*, « dopo averlo colmato, più che fosse possibile ». — *putaram* (= *putaveram*) « avrei pensato ». — *quaedam*, « posso dire ». — *dubitatio*, « irresolutezza ». Cicerone non poteva risolversi ad abbandonar Roma, finchè ci fosse Clodio, suo nemico. — *coepi velle*, « mi venne il desiderio ». — *prolixè*, basta dire « molto », quindi *minus prolixè* = « meno ». — *promisi... polliceri*, il secondo è il verbo di significato più forte. Puoi tradurlo con « promettere », e il primo con « fare sperare », oppure il secondo con « garentire » e il primo con « promettere ».

2 eram solitus de mea polliceri. Casus vero mirificus quidam intervenit quasi vel testis opinionis meae vel sponsor humanitatis tuae. Nam, cum de hoc ipso Trebatio cum Balbo nostro loquerer accuratius domi meae, litterae mihi dantur a te, quibus in extremis scriptum erat: "M. Orfium, quem mihi commendas, vel regem Galliae faciam, vel συγκλέπτην de Segontiacis. Tu ad me alium mitte, quem ornem". Sustulimus manus et ego et Balbus: tanta fuit opportunitas, ut illud nescio quid non fortuitum, sed divinum videretur. Mitto igitur ad te Trebatium atque ita mitto, ut initio mea sponte, 3 post autem invitatu tuo mittendum duxerim. Hunc, mi Caesar, sic velim omni tua comitate complectare, ut omnia, quae per me possis adduci ut in meos conferre velis, in unum hunc conferas. De quo tibi homine haec spondeo, non illo vetere verbo meo, quod, cum ad te de Milone scripsissem, iure lusisti, sed more Romano, quo modo homines non inepti loquantur, probiorem hominem, meliorem virum, pudentiosem amicum esse neminem; accedit etiam, quod familiam ducit in

2. *quidam*, « davvero », o « posso dire ». — *opinionis*, « aspettazione », *humanitatis*, « generosità ». Cicerone « si aspettava » (*opinio*) che Cesare avrebbe accolto generosamente (*humanitas*) la sua raccomandazione. — *Balbo*. L. Cornelio Balbo, spagnuolo di Cadice (*Gades*), ebbe la cittadinanza romana da Pompeo. Cicerone lo difese con l'orazione *pro L. Cornelio Balbo* (56 a. C.), quando essa gli fu contestata. Fu amicissimo di Cesare (e anche di Cicerone), lo seguì in Gallia come *praefectus fabrum*, e fu il suo consigliere fidato in questioni specialmente finanziarie. Ora era in Roma. — *accuratius*, parola frequente nel linguaggio delle lettere *commendaticiae*. — *dantur... scriptum erat*, scambio di tempi. — *M. Orfium*, il nome non è sicuro: in ogni modo si tratta di un personaggio insignificante, se Cesare ci scherzava sopra così. — *συγκλέπτην de Segontiacis*, « spogliatore dei Segontiaci » (tribù della Britannia meridionale). — *divinum*, noi diremo « provvidenziale ». — *invitatu*, non si trova altrove questa parola.

3. *complectare*, la locuzione *complecti aliquem* (*beneficiis, liberalitate* e simili) è più forte di *prosequi* o *afficere aliquem* (coi medesimi complementi). Puoi dire: « lo ricolmi ». — *omnia*, « tutte le gentilezze ». — *adduci ut velis*, essere indotte a volere ». — *non illo vetere verbo meo*, deve significare certamente, « non con la mia vecchia formula di raccomandazione ». E Cesare ci aveva scherzato. Del resto, Cesare era avverso a Milone, e si capisce come non favorisse la sua candidatura al consolato per l'anno 52 a. C. (che Cicerone gli aveva, pare, cominciato a raccomandare). — *more Romano*, equivale a « proprio sul serio ». — *non inepti*, « intelligenti » o « ragionevoli ». — *familiam ducit*, « fa scuola ». *Familia* significa appunto anche « scuola

iure civili singularem memoria, summa scientia. Huic ego neque tribunatum neque praefecturam neque ullius beneficii certum nomen peto, benevolentiam tuam et liberalitatem peto, neque impedio, quo minus, si tibi ita placuerit, etiam hisce eum ornes gloriolae insignibus; totum denique hominem tibi ita trado, "de manu", ut aiunt, "in manum" tuam istam et victoria et fide praestantem. Simus enim putidiusculi; quod per te vix licet; verum, ut video, licebit. Cura, ut valeas, et me, ut amas, ama.

XIV (VII, 7).

Ser. Romae exeunte mense Iun. a. 700-54.

Cicero Trebatio.

Ego te commendare non desisto, sed, quid proficiam, ex te 1 scire cupio. Spem maximam habeo in Balbo, ad quem de te diligentissime et saepissime scribo. Illud soleo mirari, non me totiens accipere tuas litteras, quotiens a Quinto mihi fratre adferantur. In Britannia nihil esse audio neque auri neque argenti: id si itast, essedum aliquod capias suadeo et ad nos

filosofica ». — *certum nomen*, traduci « titolo determinato », omettendo *beneficii*. — *gloriolae*, « di gloriuzza », intendi « tutta esteriore »; detto con certo affettato disprezzo per le cariche pubbliche. — *de manu in manum*, espressione proverbiale (secondo Cicerone), ma del resto ignota. Deve significare « senza intermediari, lo affido a te, proprio nelle tue mani ». — *simus*, concessivo: « sia pure io ». — *putidiusculi*, « un po' noiosetto ». — *ut video*, intendi: dalle tue lettere, nelle quali dimostri verso di me molta tolleranza.

Lettera XIV (VII, 7). — *Trebatio*, v. lett. precedente.

1. *commendare*, intendi: a Cesare. — *non desisto*, traduci con un avverbio; così poi *soleo*. — *Balbo*, lett. precedente. — *diligentissime*, è un termine (come altre locuzioni simili) proprio delle lettere *commendaticiae*. — *quotiens etc.* La posta della Britannia, in agosto e settembre, giunse ogni otto e ogni quattordici giorni; dalla Gallia similmente. Nel 54 era legato di Cesare in Gallia e in Britannia Q. Tullio Cicerone (dal maggio in poi). — *nihil... auri*, si parlava sempre della maggiore o minore ricchezza « di miniere » delle nuove regioni conquistate. E qui Cic. ci scherza sopra. — *essedum*. Questo genere di cocchi da guerra dei Britanni sono descritti da Cesare nel *De Bello Gallico* IV, 33.